

*vigilum* (C. VI 1037. 1039). — 2) Cf. *supra* N. 2496. — 3) *astorum traditur (ala tertia Asturum praeterea ignota, notae prima et secunda cf. Mo. eph. ep. 5 p. 168).* — 4) *Medicus salariarius dicitur, quod iam salaria accepit, factus medicus civitatis.* — 5) *De oppido Ferentio cf. Bormann C. XI p. 454.*

2543

[imp. Caesaris]

divi M. [Antonini Pii German. Sarmat.]  
filio, divi Commodi fratri, divi Anton[ini]  
Pii nepoti, divi Hadriani pronepoti, divi  
Traiani Parthic. abnep[oti], divi Nervae  
abnepoti (sic), L. Septimio Severo P[io]  
Pertinac. Aug. Arabic. Adiabeni[co Parth. max., pont.]  
max., tribunic. potestatis VII<sup>1</sup>, im[p. XI],  
cos. II, p. p., proconsul.,  
decuriones alares

veteranae Gallic.	et	I Thrac. Mau[retan.] <sup>2</sup>
Messius Furianus		Asclepiodorus qui et G... e....
Iulius Heronianus		
Aurel. Sesarion		C. Iulius Antonin[us]
Ulpus Marcianus		Arrius Quoddratus (sic)
Flavius Eudaemon		Annellus Quoddratus (sic)
Aurelius Protogenes		Aelius Martianus
Aelius Antiochianus		
Iulius Longinus		Aurelius Heraclides
Antonius Antiochianus		Claudius Agrippas
Umbricius Vitalius		Aelius Hadrianus
Aurelius Isidorus		Aurelius Aelius
Secundinus Verus		Antesstius Numisianus
Marcus Fuscus		Plotius Marcus
Ulpus Victor		Iulius Bassus
Aelius Heraclianus		Cominius Ro . . .
Antonius . . . . . s		. . . . .

*Prope Alexandriam Aegypti rep. a. 1861 (III 14. III S. 6581 descr. Waddington).*

— 1) *A. 199. Eo anno Severum fuisse in Oriente monuit Mommsen.* — 2) *Alarum duarum, quarum decuriones hunc titulum posuerunt, altera, veterana Gallorum, etiam saeculo p. Chr. quarto stetit in Aegypto, Rhinocoruris (Not. dign. Or. c. 25). Nota utriusque alae enumerari decuriones senos denos (nisi quod in secunda duo loci vacant); eo numero decuriones fuisse in alis quingenariis scribit Hyginus de mun. castr. 16.*

**2544** C. Valerio C. f. | Stel. Clementi | primipilari, | Ilvir. quin-  
quennali, | flamini divi Aug. perpetuo | , patrono coloniae | , decuriones  
alae Gaetulorum<sup>1</sup> | quibus praefuit bello Iudaico | sub divo Vespasiano  
Aug. | patre, | honoris causa. | Hic ob dedicationem statuarum equestris  
et | pedestris oleum plebei utriusque sexui dedit.

*Taurinis, lamina aenea (V 7007).* — 1) *Fortasse haec est ala veterana Gaetulo-  
rum quae fuit in Iudaea etiam a. 86 (dipl).*